Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Baruch

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

erant post se in babylone . et mutauit
uestimenta carceris eius . et comedebat
panem coram eo semper cunctis diebus uite
sue . et cibaria eius cibaria perpetua da
bantur ei a rege babylonis statuta per
singulos dies . usque ad diem mortis sue .
cunctis diebus uite eius . De oratione et
sacrificio pro uita nabuchodonosor regis.

ET hec uerba
libri que scripsit
baruch filius
nerie filii ma
asie filii sede
chie filii sedei
filii helchie in
babylonia in
anno quinto in septima die mensis in
tempore quo ceperunt chaldei ierusalem et
succenderunt eam igni . Et legit baruch
uerba libri huius ad aures iechonie filii
ioachim regis iuda . et ad aures uniuersi
populi uenientis ad librum . et ad aures
potentium filiorum regum . et ad aures presbi
terorum . et ad aures populi a minimo usque
ad maximum eorum habitantium babyloni
a ad flumen sudi . Qui audientes plo
rabant et ieiunabant et orabant in
conspectu domini . et collegerunt pecuniam
secundum quod potuit uniuscuiusque manus . et
miserunt ad ioachim filium helchie in ie
rusalem . filii salom sacerdotem . et ad sa
cerdotes et ad omnem populum qui inuenti sunt
cum eo in ierusalem cum acciperet uasa templi
domini que ablata fuerant de templo re
uocare in terram iuda decima die mensis
siuan uasa argentea que fecit sede
chias filius iosie rex iuda . Post quam
cepit nabuchodonosor rex babylonis
iechoniam et uinctos et principes et
potentes et populum terre ab ierusalem et
duxit eos in babyloniam et dixerunt .
Ecce misimus ad uos pecunias de quibus
emite holocaustomata et thus et fa
cite manna et offerte pro peccato ad a
ram domini dei nostri et orate pro uita nabu
chodonosor regis babylonie et pro uita
balthasar filii eius ut sint dies eorum sicut
dies celi super terram . et det dominus uirtutem
nobis et illuminet oculos nostros ut uiuamus
sub umbra nabuchodonosor regis
babylonie et sub umbra balthasar
filii eius et seruiamus eis multis diebus et in
ueniamus gratiam in conspectu eorum . Et pro
nobis ipsis orate ad dominum deum nostrum
quia peccauimus domino deo nostro et non est auer
sus furor eius a nobis usque in hunc diem .
et legite librum istum quem misimus ad uos reci
tari in templo domini in die sollempni et in
die oportuno et dicetis . Domino deo nostro
iustitia . nobis autem confusio faciei nostre
sicut est dies hec omni iuda et habitantibus
in ierusalem regibus nostris et principibus nostris
sacerdotibus nostris et prophetis nostris et patribus
nostris . Peccauimus ante dominum nostrum et non

credidimus diffidentes in eum. et non
sumus subiectabiles illi. et non obaudiui-
mus uoce domini nostri ut ambularemus in man-
datis eius que dedit nobis a die qua eduxit
patres nostros de terra egypti usque in hunc
diem. Eramus incredibiles ad dominum deum nostrum
et dissipati recessimus ne audiremus uocem
ipsius. et adheserunt nobis omnia mala
et maledictiones que constituit dominus moy-
si seruo suo qui eduxit patres nostros de terra
egypti dare nobis terram fluentem lac et
mel sicut hodierna die. Et non audiuimus
uocem domini dei nostri secundum omnia uerba pro-
phetarum quos misit ad nos et abiuimus
unusquisque in sensum cordis nostri maligni
in operari diis alienis facientes mala
ante oculos domini dei nostri. II.

Propter quod statuit dominus deus noster uerbum
suum quod locutus est ad nos et ad iu-
dices nostros qui iudicauerunt israel. et reges
nostros et ad principes nostros et ad omnem
israel. ut adduceret dominus super nos mala
magna que non sunt facta sub celo. quemadmo-
dum facta sunt in ierusalem. secundum que scripta sunt
in lege moysi. ut manducaret homo
carnes filii sui et carnes filie sue. Et de-
dit nos sub manu regum omnium qui sunt
in circuitu nostro. in improperium et desola-
tionem in omnibus locis quia nos dispersit
dominus et facti sumus subtus et non supra. quia
peccauimus domino deo nostro non obaudiendo
uoci ipsius. Domino deo nostro iustitia.
nobis autem et patribus nostris confusio faciei
sicut est dies hec. quia locutus est dominus super
nos omnia mala hec. que et uenerunt
super nos. Et non sumus deprecati faciem domini
dei nostri ut reuerteremur unusquisque nostrum
a uiis nostris pessimis. Et uigilauit dominus
in malis et adduxit ea super nos quia ius-
tus est dominus in omnibus operibus suis que manda-
uit nobis et non audiuimus uocem ipsius ut ire-
mus in preceptis domini que dedit ante faciem
nostram. Et nunc domine deus israel qui eduxisti po-
pulum tuum de terra egypti in manu ua-
lida et in signis et in prodigiis et in uir-
tute tua magna et in brachio excelso
et fecisti tibi nomen sicut dies est iste. peccaui-
mus impie egimus inique gessimus domine
deus noster in omnibus iustitiis tuis. Auer-
tatur ira tua a nobis quia derelicti sumus
pauci inter gentes ubi dispersisti nos. Ex-
audi domine preces nostras et orationes nostras
et educ nos propter te et da nobis inuenire
gratiam ante faciem eorum qui nos abduxe-
runt ut sciat omnis terra quia tu es dominus
deus noster. et quia nomen tuum inuocatum
est super israel et super genus ipsius. Respice
domine de domo sancta tua in nos. et inclina
aurem tuam et audi. aperi oculos tuos et ui-
de quia non mortui qui sunt in inferno quorum
spiritus acceptus est a uisceribus suis. dabunt
honorem et iustificationem domino. Sed anima
que tristis est super magnitudinem mali-
cie sue et incedit curua et infirmis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

et oculi deficientes et anima esuriens
dat tibi gloriam et iusticiam domino. quia non
secundum iusticias patrum nostrorum nos fundi
mus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster.
sed quia misisti iram tuam et furorem tuum su
per nos sicut locutus est in manu puerorum tu
orum prophetarum dicens. Sic dicit dominus. Incli
nate humerum vestrum et cervicem vestram.
et opera facite regis babylonis et sedebi
tis in terra quam dedi patribus vestris. Quod si non
audieritis vocem domini dei vestri operari regi
babylonie defectionem faciam de civitati
bus iuda et a foris ierusalem. et auferam a vo
bis vocem iocunditatis et vocem gaudi
monii et vocem sponsi et vocem sponse.
et erit omnis terra sine vestigio ab in
habitantibus in ea. Et non audierunt vocem
tuam ut operarentur regi babylonie. et sta
tuisti verba tua que locutus es in manibus
puerorum tuorum prophetarum ut transferrentur os
sa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de lo
co suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis
et in gelu noctis. et mortui sunt in dolo
ribus pessimis in fame et in gladio et in
emissione. Et posuisti templum in quo
invocatum est nomen tuum in ipso sicut est
dies hec propter iniquitatem domus israel et
domus iuda. et fecisti nobis domine deus noster
secundum omnem benignitatem tuam et secundum om
nem miserationem tuam illam magnam qua
locutus es in manu pueri tui moysi
in die qua precepisti ei scribere legem tuam
coram filiis israel dicens. Si non obaudi
eritis vocem meam multitudo hec magna et
multa convertetur in minimam inter gen
tes quo ego dispergam illos quia scio quod me
non audiet populus. Populus enim est dure
cervice et convertetur ad cor suum in terra cap
tivitatis sue. et scient quia ego sum
dominus deus eorum. et dabo eis cor et audient
aures. et laudabunt me in terra captivi
tatis sue. et memores erunt nominis mei.
et avertent se a dorso suo duro et a ma
lignitatibus suis. quia reminiscentur
viam patrum suorum qui peccaverunt in me.
et revocabo illos in terram quam iuravi pa
tribus illorum abraham ysaac et iacob. et
dominabuntur ei et multiplicabo eos et non
minorabuntur. Et statuam illis testamen
tum alterum sempiternum ut sim illis in
deum et ipsi erunt mihi in populum. et non move
bo amplius populum meum filios israel a terra
quam dedi illis. Capitulum. III.

Et nunc domine omnipotens deus israel anima in
angustiis et spiritus anxius clamat ad
te. Audi domine et miserere quia deus es mi
sericors. et miserere nostri quia peccavimus
ante te. quia tu sedes in sempiternum
et nos peribimus in evum. Domine omnipotens deus
israel audi nunc orationem mortuorum israel
et filiorum ipsorum. qui peccaverunt ante
te. et non audierunt vocem domini dei sui et
agglutinata sunt nobis mala. Noli
meminisse iniquitates patrum nostrorum

sed memento manus tue et nominis tui
in tempore isto: quia tu es dominus deus noster
et laudabimus te domine: quia propter hoc de
disti timorem tuum in cordibus nostris ut in
vocemus nomen tuum et laudemus te in cap
tivitate nostra: quia convertimur ab iniqui
tate patrum nostrorum qui peccaverunt
ante te. Et ecce nos hodie in captivi
tate nostra sumus: quo nos dispersisti
in improperium et in maledictum
et in peccatum secundum omnes iniquita
tes patrum nostrorum: qui discesserunt a
te domine deus noster. De doctrina
ecclesiastica initiat. IIII.

Audi israel mandata vite: auri
bus percipe ut scias prudentiam.
Quid est israel quod in terra inimicorum
es. inveterasti in terra aliena. coin
quinatus es cum mortuis: deputatus
es cum descendentibus in infernum:
Dereliquisti fontem sapientie. Si in via
dei ambulasses: habitasses utique
in pace sempiterna. Disce ubi sit pru
dentia. ubi sit virtus: ubi sit intel
lectus: ut scias simul ubi sit longevi
tas vite et victus: ubi sit lumen
oculorum et pax. Quis invenit locum
eius: et quis intravit in thesauros
eius: Ubi sunt principes gentium
et qui dominantur super bestias que sunt super
terram: qui in avibus celi ludunt et qui
argentum thesaurizant et aurum
in quo confidunt homines: et non est finis
acquisitionis eorum. qui argentum fabri
cant et solliciti sunt. nec est inventio
operum eorum. Exterminati sunt et ad infe
ros descenderunt: et alii in loco eorum sur
rexerunt. Iuvenes viderunt lumen et habi
taverunt super terram: viam autem discipline
ignoraverunt neque intellexerunt semitas
eius: neque filii eorum susceperunt eam. A fa
cie enim ipsorum longe facta est. Non est au
dita in chanaan: neque visa est in the
man. Filii quoque agar qui exquisierunt pru
dentiam que de terra est. et negotiatores terre
et theman et fabulatores et exquisitores
intelligentie: viam autem sapientie nescierunt:
neque commemorati sunt semitas eius. O israel
quam magna est domus dei et ingens locus
possessionis eius: magnus et non habet finem:
excelsus et immensus. Ibi fuerunt gygan
tes nominati illi qui ab initio fuerunt:
statura magna scientes bellum. Non
hos elegit dominus: neque viam discipline de
dit illis: propterea perierunt. Et quia non
habuerunt sapientiam interierunt propter suam
insipientiam. Quis ascendit in celum et
accepit eam: et deduxit eam de nubibus.
Quis transfretavit mare et invenit
eam: et attulit super aurum electum. Non
est qui possit scire vias eius neque qui exqui
rat semitas eius. Sed qui scit universa no
vit eam et invenit eam prudentia sua.
qui preparavit terram in eterno tempore et re

repleuit eā pecudib᷒ ⁊ quadrupedib᷒: qui
emittit lumen ⁊ uadit: ⁊ uocat illđ
⁊ obaudit ei in tremore. Stelle aūt
lumen dederunt in custodiis suis
⁊ letate sunt: uocate sunt ⁊ dixerē
assumus: ⁊ luxerunt ei cū iocundi
tate qui fecit illas. Hic de xp̄o loqt᷑.
Hic est dš nost᷑: n̄ estimabit᷑ alius
aduersus eū. Hic adinuenit
omnē uiā discipline: ⁊ tradidit illā
puero suo iacob: ⁊ isrł electo suo. Post
hec interris uisus est: ⁊ cū hominib᷒
conuersat᷒ est. Hic liber mandatoꝝ
dei: ⁊ lex que est ineternū. Oīs qui te
nent eā ad uitā: qui aūt dereliquerit
eā in mortē. Conuertere iacob: ⁊ appre
hende eā. Ambula p̄ uiā ad splendo
rē ei᷒ contra lumen ei᷒: nec tradas
alteri glam tuā: ⁊ dignitatē tuā
genti alienigene. Beati sum᷒ isrł:
quīa que deo placent nobis mani
festa sᷓ. Animequior esto pplš dei
memorabilis isrł. Uenundati estis
gentib᷒ n̄ in pditionē: ſᷓ ppt᷑ qđ in
ira ad iracundiā puocastis dm̄ tra
diti estis aduersariis. Exacerbastis e
nī eū qui fecit uos dm̄ eternū: immo
lantes demoniis ⁊ n̄ deo. Obliti enī
estis dm̄ qui nutriuit uos: ⁊ contrist
tastis nutricē urām ierłm. Uidi enī
iracundiā a deo uenientē uobis ⁊
dixi. Audite confines syon: adduxᷓ

enī m̄ dš luctū magnū. Uidi enī
captiuitatē ppli mei filioꝝ meoꝝ ⁊
filiaꝝ quā sup̄duxit illis eternus.
Nutriui enī illos cū iocunditate:
dimisi aūt illos cū fletu ⁊ luctu. Vox
eccle in psecutione de penitentib᷒ ⁊ inīmb᷒.
Nemo gaudeat sup̄ me uiduam
⁊ desolatā. A multis delicta
sū ppt᷑ peccata filioꝝ meoꝝ: quia de
clinauerē a lege dei. Iusticias autē
eī᷒ nescierē: neqꝫ ambulauerē p̄ uias
mandatoꝝ dei: neqꝫ p̄ semitas ueritatis
eī᷒ cū iusticia ingressi sunt. Ueniant
confines syon. ⁊ memorent᷑ captiui
tatē filioꝝ ⁊ filiaꝝ meaꝝ q̄ sup̄duxᷓ
illis altiss. Adduxit enī sup̄ illos gen
tē de longinquo: gentē improbam ⁊
alteri᷒ lingue. q̄ n̄ sunt reueriti sen:
neqꝫ pueroꝝ misereti sᷓ ⁊ adduxerūt
dilectos uidue: ⁊ a filiis unicā deso
lauerē. Ego aūt quid possum adiuua
re uos? Qui enī adduxit sup̄ uos ma
la: ipse uos eripiet de manib᷒ inimi
coꝝ urōꝝ. Ambulate filij ambulate.
Ego aūt derelicta sum sola. Exuᷓ me
stola pacis: indue aūt me sacco obsecra
tionis: ⁊ clamabo ad altissimū dieb᷒
meis. Animequiores estote filij: cla
mate ad dm̄. ⁊ eripiet uos de manu
principū iniquoꝝ. Ego aūt speraui
ineternū salutē urām: ⁊ uenit m̄ gau
diū a scō sup̄ mīa que ueniet uob᷒ ab

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

eterno salutari nostro. Emisit enim nos cum luctu et ploratu: reducet autem nos dominus cum gaudio et iocunditate in sempiternum. Sicut enim viderunt vicine Syon captivitatem vestram: sic videbunt et in celeritate salutem vestram a deo: que superveniet vobis cum honore magno et splendore eterno. Filii patienter sustinete iram que supervenit vobis. Persecutus est enim te inimicus tuus: sed cito videbis perditionem ipsius: et super cervices ipsius ascendes. Delicati mei ambulaverunt vias asperas. ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis. Animequiores estote filii: et proclamate ad dominum. Erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit sensus vester ut erraretis a deo: decies tantum iterum convertentes requiretis eum. Qui enim induxit vobis mala: ipse rursum adducet vobis iocunditatem sempiternam cum salute vestra. Animequior esto Ierusalem: exhortatur enim te qui te nominavit. Nocentes peribunt qui te vexaverunt: et qui gratulati sunt in tua ruina punientur. Civitates quibus servierunt filii tui punientur: que accepit filios tuos. Sicut enim gavisa est in ruina tua et letata est in tuo casu: sic contristabitur in sua desolatione. et amputabitur exultatio multitudinis eius: et gaudimonium eius erit in luctum. Ignis enim superveniet ei ab eterno in longiturnis diebus: et habitabitur a demoniis in multitudine temporis. Circumspice Ierusalem ad orientem: et vide iocunditatem a deo tibi venientem. Ecce enim veniunt filii tui quos dimisisti dispersos. veniunt autem collecti ab oriente usque ad occidentem in verbo sancti gaudentes in honore dei.

De gloria ecclesie et resurrectione sanctorum. V.

Exue te Ierusalem stolam luctus et vexationis tue: et indue te decorem et honorem eius que a deo tibi est sempiterne glorie. Circumdabit te deus diploide iusticie: et imponet mitram capiti tuo honoris eterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te: quod sub celo est. Nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in sempiternum: pax iusticie et honor pietatis. Exurge Ierusalem et sta in excelso et circumspice ad orientem: et vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem in verbo sancti: gaudentes dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honore sicut filios regni. Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum et rupes perhennes: convallesque replere inequalitatem terre: ut ambulet Israel diligenter in honore dei. Obumbraverunt autem et silve et omne lignum suavitatis Israel ex mandato dei. Adducet enim deus Israel cum iocunditate in lumine maiestatis sue: cum misericordia et iusticia que est ab ipso.

Explicit prophetia ieremie. Incipit exemplum eiusdem epistole quam misit ieremias ad abductos captivos in babyloniam a rege babyloniorum ut nuntiaret illis secundum quod preceptum est illi a deo. VI.

Propter peccata que peccastis ante dominum abducemini in babyloniam captivi a nabuchodonosor rege babylonie. Ingressi itaque eritis in babyloniam illic annis plurimis et temporibus longis usque ad generationes septem. Post hoc autem educam vos inde cum pace. Nunc autem videbitis in babylonia deos aureos et argenteos et lapideos et ligneos in humeros portari ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis et metuatis et metus vos capiat in eis. Visa itaque turba de retro et ab ante adorante dicite in cordibus vestris. Te oportet adorari domine. Angelus autem meus vobiscum est. Ipse autem exquiram animas vestras. Nam lingua ipsorum polita a fabro. ipsa etiam inaurata et inargentata falsa sunt et non possunt loqui. Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricata sunt. Coronas certe aureas habent super capita sua dii eorum. Unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum et argentum et erogant illud in semetipsos. Dant autem ex ipso prostitutis et meretrices ornant: et iterum cum receperint illud a meretricibus ornant deos suos. Hii autem non liberantur ab erugine et tinea. Opertis autem illis veste purpurea extergent faciem illorum propter pulverem domus qui est plurimus inter eos. Sceptrum autem habet ut homo sicut iudex regionis qui in se peccantem non interficit. Habet etiam gladium in manu et securim. se autem de bello et a latronibus non liberat. Unde notum sit vobis quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur: tales sunt et dii eorum. Constitutis illis in domo oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui regem offendit circumsepte sunt ianue: et sicut ad sepulchrum adducto mortuo ita tutantur sacerdotes ostia clausuris et seris ne a latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis et quidem multas: ex quibus videre nullam possunt. Sunt autem sicut trabes in domo: corda vero eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt. dum comedunt eos et vestimentum eorum et non sentiunt. Nigre fiunt facies eorum a fumo qui in domo fit. Supra corpus eorum et supra caput volant noctue et hirundines et aves etiam: similiter et catte. Unde scietis quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam quod habent

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ad speciem est: et nisi aliquis exter
serit eruginem non fulgebunt. Neque
enim dum conflarentur sentiebant. Ex
omni pretio empta sunt: in quibus
spiritus non est in ipsis. Sine pedibus
in humeris portantur: ostentantes
ignobilitatem suam hominibus. Confun
dantur enim qui colunt ea. Propterea si
ceciderint in terra a semetipsis non sur
gent: neque si quis eum statuerit rec
tum per semetipsum stabit: sed sicut mor
tuis munera eorum ipsis apponentur.
Hostias illorum sacerdotes ipsorum ven
dunt et abutuntur. Similiter et mu
lieres eorum decerpentes neque infirmo
neque mendicanti aliquid impertiunt.
De sacrificiis eorum fete et menstrua
te contingunt. Scientes itaque ex
his quia non sunt dii: ne timeatis eos.
Unde enim vocantur dii? Quia mu
lieres apponunt diis argenteis et au
reis et ligneis: et in domibus eorum sacer
dotes sedent habentes tunicas scissas
et capita et barbam rasam: quorum
capita nuda sunt. Rugiunt autem
clamantes contra deos suos: sicut
in cena mortui. Et vestimenta e
orum auferunt sacerdotes: et vestiunt
uxores suas et filios suos. Neque
si quid mali patiuntur ab aliquo ne
que si quid boni poterunt retribuere. Ne
que regem regioni constituere possunt

neque auferre: similiter neque divitias
dare possunt neque malum retribuere.
Si quis illis votum voverit et non reddi
derit: nec hoc requirunt. Hominem a
morte non liberant: neque infirmum a po
tentiore eripiunt. Hominem cecum ad
visum non restituent: de necessitate ho
minem non liberabunt. Vidue non mise
rebuntur: neque orphanis benefacient.
Lapidibus de monte similes dii eorum
lignei et lapidei et argentei et aurei:
qui autem colunt illa confundentur. Quo
modo ergo estimandum est illos deos aut
dicendum? adhuc enim ipsis chaldeis non
honorantibus ea. Qui cum audierint mu
tum non posse loqui: offerunt illum ad bel
postulantes ab eo loqui: quasi possint
sentire qui non habent motum. Et ipsi cum
intellexerint: relinquent ea. Sensum
enim non habent ipsi dii illorum. Mulieres
autem circumdate funibus in viis sedent:
succendentes ossa olivarum. Cum autem aliqua
ex ipsis attracta ab aliquo transeunte
dormierit: proxime sue exprobrat quod ea
non sit digna habita sicut ipsa: neque funis
eius disruptus sit. Omnia autem que illis fiunt
falsa sunt. Quomodo ergo estimandum aut di
cendum est esse illos deos? A fabris autem
et ab aurificibus facta sunt. nichil aliud
erunt nisi id quod volunt esse sacerdotes
et artifices. Ipsi etiam qui ea faciunt non
sunt multi temporis. Numquid ergo possunt

que ab ipsis fabricata sunt esse
dii. Reliquerunt g falsa & oppro
brium postea futuris. Nam cum
supuenerit illis prelium & mala. co
gitant post se sacerdotes ubi se abs
condant cum illis. Quomodo g senti
ri debeant quoniam dii sunt. qui nec de bel
lo se liberant. neque de malis se eripi
unt. Nam cum sint lignea & inau
rata & inargentata. scietur postea q
a falsa sunt gentibus universis & regibus
que manifestata sunt quia non sunt dii
sed opera manuum hominum. & nullum
opus dei in illis. Unde g notum est
quia non sunt dii sed opera manuum. & nul
lum opus dei in ipsis est. Regem regi
oni non suscitant. pluviam hominibus
non dabunt. iudicium quoque non discernent
neque regionem liberabunt ab iniuria.
quia nichil possunt sicut cornicule in
ter medium celi & terre. Etenim cum
ciderit ignis in domum deorum ligne
orum aureorum & argenteorum sacerdotes
quidem ipsorum fugient & liberabuntur.
ipsi vero sicut trabes in medio combu
rentur. Regi autem & bello non resistent.
Quomodo ergo estimandum est aut di
cendum quia dii sunt. Non a furibus
neque a latronibus se liberabunt dii lig
nei & lapidei & inaurati & inargen
tati. quibus hii qui fortiores sunt aurum
& argentum & vestimentum quo operti

sunt auferent illis & abibunt. nec
sibi auxilium ferunt. Itaque melius est
esse regem ostentantem virtutem suam
aut vas in domo utile. in quo gloria
bitur qui possidet illud quam falsi dii.
Sol quidem & luna & sydera cum sint
splendida & emissa ad utilitates. ob
audiunt. Similiter & fulgur cum appa
ruerit perspicuum est. Id ipsum autem & spi
ritus in omni regione spirat. & nubes quibus
cum imperatum fuerit a deo perambulare u
niversum orbem. perficiunt quod imperatum
est eis. Ignis etiam missus desuper ut con
sumat montes & silvas. facit quod precep
tum est ei. Hec autem neque speciebus neque vir
tutibus uni eorum similia sunt. Unde neque
estimandum est neque dicendum esse illos
deos. quando non possunt neque iudicium
iudicare neque facere hominibus. Scien
tes itaque quia non sunt dii. ne ergo timu
eritis eos. Neque enim regibus maledicent
neque benedicent. signa etiam in celo gen
tibus non ostendent. neque ut sol lucebunt
neque illuminabunt terram. Bestie me
liores sunt illis. que possunt fugere
sub tectum ac prodesse sibi. Nullo itaque
modo nobis est manifestum quia sunt dii.
Propter quod ne timeatis eos. Nam sicut
in cucumerario formido nichil custo
dit. ita sunt dii illorum lignei & argentei
& inaurati. Eodem modo & in orto
spina alba. supra quam omnis avis sedet.

Similiter et mortuo proiecto in tenebris similes sunt dii illorum lignei et inaurati et inargentati. A purpura quoque et marmore que super illos tinearent: scietis itaque quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo comeduntur: et erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulachra. Nam erit longe ab opprobriis. Explicit exemplum epistole ieremie. Incipit lamentatio ieremie prophete quod est in tytulo cynoth cum absolutione hebraicarum litterarum. Et factum est postquam in captiuitatem ductus est israhel et ierusalem destructa est. sedit ieremias flens et planxit lamentatione hac in ierusalem: et amaro animo suspirans et eiulans dixit. Aleph. I.

[Q]uomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi uidua domina gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte: et lacrime eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreuerunt eam: et facti sunt ei inimici. Gimel. Migrauit iuda propter afflictionem et multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Deleth. Vie syon lugent: eo quod non sint qui ueniant ad sollempnitates. Omnes porte eius destructe: sacerdotes eius gementes uirgines eius squalide: et ipsa oppressa amaritudine. He. Facti sunt hostes eius in capite: inimici eius locupletati sunt: quia dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti sunt captiui ante faciem tribulantis. Vau. Et egressus est a filia syon omnis decor eius. Facti sunt principes eius uelut arietes non inuenientes pascua: et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Zay. Et recordata est ierusalem dierum afflictionis sue et preuaricationis omnium desiderabilium suorum que habuerat a diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hostili: et non esset auxiliator. Viderunt eam hostes: et deriserunt sabbata eius. Heth. Peccatum peccauit ierusalem: propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam spreuerunt illam: quoniam uiderunt ignominiam eius. Ipsa autem ge

finis
Jherusalem ihrlm conuertere ad dominum deum tuum

Vos